Mer E am ego ut matre fuerat natum uini edipſi meri
So M ira ſunt niſi latuit intuſ illic & illac cyrnea
F actum illud ut ego illic uini cyrneam ebiberim meri
Mer Q uid nunc: uincon argumentis te non eſſe ſoſiam:
So T u negaſ me eſſe. Me quid ego ni negem q ego met ſiem
So P er iouem iuro me eſſe neque me falſum dicere
Mer A t ego per mercurium iuro tibi iouem non credere
N am iniurato ſcio plus credere mihi q iurato tibi
So Q uiſ ego ſum ſaltem ſi non ſum ſoſia te interogo
Mer V bi ego ſoſia nolim ee tu eſto ſane ſoſia
N unc qdo ego ſum uapulabis ni hinc abiſ ignobilis
So C erte edepol cum illum contemplo & formam agnoſco meã
Q ui admodum ego ſum ſepe in ſpeculum inſpexi nimis ſimiliſ e mei
I tidem ht petaſum ac ueſtitum tam conſimile e atq ego
S uraſ pes conſura tonſus oculi naſa vel labra
M alae mentum barba colluſ totus quid uerbiſ opus eſt:
S i tergum cicatricoſum nihil hoc ſimile eſt ſimilius
S ed quom cogito equidem certo idem ſum q ſemp fui
N oui herum noui edeſ noſtras. ſane ſapio et ſentio
N on ego illi obtempero quod loquitur. pultabo fores
Mer Q uo agiſ te: So domum. Me quadrigas ſi nunc inſcendas iouis
A tque hinc fugias. ita uix poteris effugere infortunium
So N on ne here mee nuntiare quod herus meuſ iuſſit lic&:
Mer T ue ſiquid uiſ nuntiare hanc noſtrã adire non ſinam
N am ſi me irritaſſis hodie lumbifragium hinc auferes
So A beo potiuſ. dij immortales obſecro uoſtram fidem
V bi ego perij: ubi immutatus ſum: ubi ego formam perdidi:
A n ego met me illic reliqui: ſi forte oblitus fui nam hic quidẽ
O mnem imaginem meam que antehac fuerat poſſid&
V iuo fit quod nunq quiſquam mortuo faciet mihi
I bo ad portum atq hec ut ſunt facta dicam hero meo
N iſi etiam iſ quoq: ignorabit me qd ille faciat iupiter
V t ego hodie raſo capite caluus capiam pilleum
Mer B ene proſpereq hoc hodie opiſ proceſſit mihi
A moui a foribus maxumam moleſtiam patri
V t liceret tuto illam amplexarier nam ille illuc ad herum

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 7r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/7r)